



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Christianus contentiosus. tit. 285

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

624 SVMMA DOCTR CHRIST.

sola fide & reiectione operum bonorum, attamē ipsi  
cum patientia hoc tulerunt, cogitantes hæc verba,  
Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter  
iustitiam. Sic hodiè propter vnitatem Ecclesiæ catho-  
lici persecutio[n]es tolerant, & deridentur. Si ergo tot  
sancti & præclarí ac docti viri, cum patientia tule-  
runt tribulationem, quid tu miser peccator, qui in-  
doctus, &cæt. non vis pati etiam cum patientia? Fru-  
stus ergo fidei & verbi Dei patientia, Luc. 8. Multi di-  
cunt, inquit Propheta, Non est salus huic in Deo. Tu  
autem susceptor meus es, gloria mea, & exaltans ca-  
put meum, & Psal. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei  
mei, magis quā habitare in tabernaculis peccatorū.

Sextò, quoniam non homo aut creatura est in cau-  
sa, quæ te tentat & persequitur, sed potius Deus, qui  
sic per creaturam hoc agit, sicut dixit Christus Petro.  
Mat. 26. quandò abscedit auriculam seruo, &c. Cali-  
cem, quem dedit mihi pater, &cæt. aut quoniam Deus  
permittit propter peccata nostra, quòd sathan sici-  
stigat & mouet tuum aduersarium. Ideo orauit Pro-  
pheta: Illumina oculos meos, ne obdormiam in mor-  
te, ne quando dicat inimicus meus, Præualui aduer-  
sus eum.

Septimò, tu solus non es, qui calumniam pateris,  
sed tecum tota Ecclesia catholica conuicia patitur,  
quæ eandem doctrinam & fidem habet, &c. Christus  
promittit quòd in patiētia possidebimus, scilicet vi-  
tam nostram, Luc. 21.

CHRISTIANVS CON-  
tentiosus.

TITVLVS CCLXXXV.

**A** Postolus 2. Timo. 2. inquit: Seruum Dei  
non decet litigare, sed mansuetum esse  
apud omnes. ideo Proverb. 6. Sex sunt  
quæ odit Dominus, & septimum det-  
ratus

statur anima mea, scilicet linguam, quæ seminat disordiam inter Christianos tam carnales, quam spirituales. Sunt tales peiores crucifixoribus Christi, qui corpus eius foderunt & vulnerarunt. Illi autem separant corpus Christi mysticum & scindunt in sectas. Lupi sunt, dispergentes linguam mala oves Christi, & ouile Dei dissipant, Ioann. decimo. Augustinus ad fratres Eremitanos ser. tertio. Linguam qui non refrenat, vana est huius religio, Iacob. i. Omne enim quod non adificat, in periculum vertitur dicens etiam & audientium. Lingua in adolescentia, est iocosa & leuis: in virili ætate, fraudulenta & dolosa; in senili ætate, detractoria. Restringenda est lingua, ne fauilla in magnam vertatur flammarum: surculus, ne crescat in syluam: gutta, ne tumescat in fontem, &cæt. Hęc Augustin.

Secundò, Augustin. serm. 167, de tempore, Trium phus sathanæ, est dissensio Christianorum: ob id magni lucri elemosyna est, debitum relaxare cōseruo, ut tibi relaxetur à Domino. Vtrunque opus Christus docet Matth. & Lucæ sexto. Dimittite, & dimittetur vobis. Ideo grauiter arguitur seruus nequam, Matth. 18, nolens conseruo suo parcere, &cæt. Ideo Apostolus Ephes. quarto Sol inquit, non occidat supra iracundiam vestram. Augustinus homil. 40. Pactum fecimus cum DEO in baptismo, sicut & Christus docuit Matth sexto, scilicet, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. sed tunc plena fiducia petimus, si & nos dimittimus: si autem non dimittimus, peccata nobis dimitti non putemus. Ne ergo nosipso fallamus, homo se non fallat. Deus non fallit, nec fallitur. Humanum est irasci, sed hoc videndum est, ne ira in trabem odij vertatur, quod fieri solet ex diuersis suspicionibus, diabolo cooperante. Aliud ira est, aliud odiū. Pater irascitur filio, sed non odit, saperè alios de ira corrigimus: &

R.R. 3 scilicet

scilicet trabem odij non videmus, sicut Christus inquit Matth. septimo, Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem &c?

Tertio, Augustinus vult, vt unusquisque deponat ex corde suo discordiam: & si non erubisti peccare, noli etiam erubescere rogare veniam. Si cōcedit inimicus, amborum animas liberāsti: sin autem, tu animam tuam liberāsti, & Christi praeceptum implēti, Matt quinto: Vade reconciliari fratri tuo. Subinde dic: Domine, vindica me, occide inimicum meū, non puto hominē, sed inimicum i. iram, odium, superbiā, luxuriā, auariciā, hæresim, discordiam, &c. sic occide inimicum, vt salues fratrem: occidas inimicitias, salua naturam: Sic ora, vt vindicet te Deus, id est, peccatum auferendo, pereat peccatum, quod te perlequitur, sed maneat frater. Sic inquit Prophetā Psalm. 12 Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morre, ne quandō dicat inimicus meus, Prevalui aduersus eum. Non homo te persequitur, sed satanā est, qui te per hominem, & diuersis alijs modis quz. rū prosterñere ideo orandum est, Matt. 6. ne inducamur in tentationem. Sic omnem hæresim cupimus occidi, vt saltē homines saluentur.

*DE ILLO CHRISTI DICTO,  
Tuis Petrus &c. Matth. 16.*

### TITVLVS CCLXXXVI.

**I**DE S catholica est, quod Petrus, id est Papa est constitutus supra terrā in Ecclesia à Christo tanquam caput concordis unitatis in fide, & ad hanc legitimam ordinem tuendam. Est enim Christus caput fidei nostræ, in quod credimus, 1. Corint. tertio, Fundamentum aliud &c. At potestas non est caput fidei, sed unitatis, vt omnia quiete & ordine Romanor. decimoterio fiant, & pax conseruerentur.